obstitisset. fecit eam ambitiosus uicinus lucretius
prefocari noctu a seruis suis. et sic tradidit spm dno.
quam etiam sca ac uenerabilis lucina unacum suis
sci ssimis fratribus. ibi in sexto philippi sepeliuit quar
to kl augustas. Post haec autem ingressus est prediu
scorum. et fecit lucretius conuiuium in quo insultans
seis di dum epula ret tur. et esset ibi mulier quaedam
quae filium suum lactabat. Ille infantulus pannis
inuolutus uocem emisit in conuiuio coram omnibus
dicens. Audi lucreti. occidisti et inuasisti. ecce da
tus es in possessionem inimici. Ad hanc uero uocē
inpalluit lucretius. et tremor ac timor inuasit
super eum. statimque etiam satanas in eum ingres
sus. ibi in conuiuio per tres horas uexauit eum. quo
usque tolleret spiritum eius. Tantus autem metus in
ruit ad omnes qui aderant. ut simul omnes ad xpi
anos confugium facerent. et xpiani facti omnib.
enarrarent passionem sce ac beatissime martyris
beatricis uirginis xpi in conuiuio uindicatam.
Lucina autem uenerabilis femina cum fugeret
aspertitate . . . territa passionis. apparuit ei sca di
beatrix dicens ei. noli abscedere. quia in hoc men
se pax dabitur ecclesiis xpi. quod factum est dno
auxiliante. cui est honor et gloria. potestas et im
perium una cum do patre in unitate spi sci. per
omnia saecula saeculorum. Amen.

EXPL. PAS SCORU. SIMPLICII.
FAUSTINI. ET BEATRICIS.

INCIPIT ACTA ET PASSIO
BEATI FELICIS MAR. ATQ. PONTIF
URBIS ROME UIA PORTUENSE
MEN IUL. DIE XXVIII. . . . TII.

XXV IIII FUIT AUTEM TEMPORIBUS CONSTAN
filii constantini magni principis usque ad con
stantium augustum liberius quidam papa
urbis rome. qui tertio huc exilio deportatus est
a constantio. eo quod minime uoluisset heresi arri
ane consentire. et fecit in exilio annos tres. et con
gregauit se sacerdotes cum uniuerso clero . . . . rio

ordinauerunt in loco eius felicem presbyterum urbis
epm uenerabilem uirum. et fecit concilium idem felix.
et inuenit duos presbyteros romanos consentientes
constantio augusto arriano nomine ursicium et ualen
tem. et damnauit eos in concilio coram quadraginta
et octo episcopis. qui fuerant congregati. hic decla
rauit constantium filium constantini augusti hereti
cum. et secundo rebaptizatum ab eusebio nicomedien
se iuxta nicomediam in aquilone nali uilla. et pro hac
declaratione eicitur scissimus felix de episcopatu suo
a constantio augusto. filio constantini augusti. hic
fecit basilicam uia aurelia. cum presbyterii honore
fungeretur. et in eadem basilica emit agrum circa
locum quem optulit ecclesiae quam fecit. Post paucos
autem dies zelo ducti ursacius et ualens prbi roga
uerunt constantium augustum. ut reuocaret liberium
papam de exilio. ut una tantummodo communione
participaret. excepta rebaptizatione. Tunc missa auc
toritate per catulinum agentem in rebus. et simul ursa
cium et ualentem. uenerunt ad liberium papam urbis
rome. qui liberius consensit preceptis augusti. ut una
participatione conuenirent communionis. Tunc reuoca
uerunt liberium de exilio. Rediens autem papa
de exilio. habitauit in cymiterio sce agne martyris
apud germanam constantii. constantiam augustam
ut quasi per eius interuentionem. rogatus rediret li
berius in ciuitatem romanam. Tunc constantia au
gusta quae fidelis erat in dno ihu xpo. noluit rogare
constantium augustum germanum suum. eo quod
consenserat consilium eius. Eodem autem tempore
constantius augustus una cum ursacio et ualente con
uocauerunt aliquos qui ex fide arriana erant. et mi
serunt et reuocauerunt liberium papam de cymiterio
scae agne martyris. et ingressus est romam. In ipsa
autem hora constantius augustus fecit concilium cu
hereticis. simul etiam cum ursacio et ualente. et eiecit
scm felicem urbis epm de episcopatu suo. qui erat catho
licus. et timens dm et iustus homo. et reuocauit liberium
in ciuitatem suam. Ab eodem uero die fuit persecutio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0228